

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 16 : De Halcyonibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[113\] : De Halcyonibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 16 : De Halcyonibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 17 : Des Alcyons](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 16 : Des Halcyons](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VIII, 16 : De Halcyonibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/932>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 258v°-259r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Alcyons](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

pestilentiam in domum Amphionis excitasse, qua ipse cum tota familia de-
 letus est. Et Zethus cum mater ipsa genitum ex se filium ob certam noxam
 peremisset, ægritudine animi contabuit. Hæc fabulose de Amphione me-
 morantur. Dictus est Amphion Iouis & Antiope filius, quoniam musica
 exercitatione conficitur plerunque, atque omnes viri præstantes Iouis fili
 ab antiquis dicti sunt, ut explicauimus superius. Hunc & Orphæum fuisse
 Aegyptium, & magorum scientia excelluisse ait Paul. in postter. Eliacina. aiunt
 hunc musice fuisse peritum, & saxa ac feras, quod veller, ducere solitum, quo-
 niam per orationis suauitatem duos & agrestes homines mansuefecerit, &
 ad extruendas ciuitates, ciuitatumque legibus obtemperandum delinierit.
 At idem qui ceteros ad humanitatem, mansuetudinemque reuocauerat, cum
 ob felices rerum successus nimium factus fuisset insolens, Deosque vel ip-
 sos paruifaceret, ultimo supplicio affectus est, cum nemo impune Deum,
 aut Dei cultum paruifaciat, nedum contemnat. at nunc de Halcyonibus di-
 carur.

De Halcyonibus. Cap. XVI.

- 20 **F**uit Halcyon Canobes & Mæoli filia, sicuti testatus fuit Alexander Myn-
 dius, fuitque vxor Ceycis. At Ceyx fuit Rex Trachiniorum, qui cum nobili-
 tate, opibus, & forma corporis excelleret, se vel Diis immortalibus
 æquare ausus est, & Deorum nominibus appellauit. nam Ceyx seipsum Io-
 uem, Halcyonem appellauit Iunonem. illam arrogantiam Iupiter grauititer
 ferens, Ceyci Delphos nauiganti adeo sæuam tempestatem immisit, ut Ceyx,
 & omnes qui cum Ceyce nauigabant, naufragium passi perierint: sicuti te-
 statur Polyzelus in iis quæ scripsit de Rhodo. fabulantur postea eius cada-
 uer agitatam ab undis ad litus, & ad eam speculam appulsum fuisse, ad quã
 sæpe veniebat Halcyone prospectura an Ceyx accederet: quo viso illa mise-
 rabili ter conquesta dicta est Iouis misericordia in æuem sui nominis mutata
 cum se à specula in mare præcepitasset, tunc etiam Ceyx conuersus est in
 30 cerylum: sic enim mares inter illas volucres nominantur, ut ait Ceryllus
 Antigonus. Hoc tamen nonnulli dixerunt factum fuisse luciferi & Theridis
 misericordia, at non Iouis. Hæc autem dicuntur esse magnitudine passeris, ut
 ait Plinius, colore cyaneo, collo gracili ac procero; maresque à feminis
 ubi illi consenuerint, gestari super alis. enimvero ubi fuisset Halcyon in
 æuem conuersa, eiusque ova quæ continuo pepeterat in mari voluerentur,
 quia maxima orta fuisset tempestas, Iupiter misertus dies quatuordecim
 per mediam hyemem illi concessit, quibus & parere per tranquillitatem ma-
 ris & excludere posset, quos dies Halcyonios vel Halcyonidas, ut aiunt Gre-
 ci, vocarunt. de his ita scripsit Theocritus in Cerealia celebrantibus;

40

ἡ δ' Ἀλκυὼν ὅταν ἐνὶ τῇ θάλασσᾳ τῶν νεκρῶν
 τῶν ἀνθρώπων, τῶν τε καὶ τῶν θεῶν, ἐκείνηται φωνάζουσα.

Ἀλκυὼν, ὅταν ἐνὶ τῇ θάλασσᾳ τῶν νεκρῶν
 τῶν ἀνθρώπων, τῶν τε καὶ τῶν θεῶν, ἐκείνηται φωνάζουσα.

Halcyones sternunt spumantes matris undas,

Atque Eurum, atque Notum, qui extremas suscitât algas.

Halcyones, supra voluctes Nereides almæ

Quas dilexerunt, quibus est ex æquore præda.

Dictæ fuerunt Halcyones quod in mari pariant, cum sit mare, ac
 tere.

rete. Inquiunt Halcyones circa conuerfiones folis hybernas nidulari, nidumque mirabili ftruttura componere, ad formam pilcatoriz naſæ: tanta vero duricie, vt neque ferro, neque ſaxis pertundi poſſit, quem conficiunt ex acicularum ſpinis. vbi abſolutus nidus perfectuſque fuerit, illum in mare demittunt, vt explorent an fatiſcat ex aliqua parte: atque huic os miro artificio ad ſui corporis magnitudinem tantum relinquit, vt ſcripſit Solenſis Clearchus in eo libro, quem ſcripſit de Torpedine piſce, & Plur. in libello de amore parentum erga filios. dicuntur inter has aues eſſe adeo ſalaces mares, vt ſeneſcentes vel in ipſo coitu moriantur; vt ſcripſit idem Clearchus in Terrore, & Hſacius in Lycophronea. Neque tamen prætermittendum eſt illud, quod ſcriptum eſt ab Hegefandro de halcyonibus in ſuis commentariis, Halcyones fuiſſe gigantis Alcyonei filias, quæ poſt patris mortem ſe in mare deiecerint, & ab Amphitrite ſint in aues ſui nominis conuerſæ, vt patet in his; *Ἀλκυονίδες τῆ ῥαγεῖας Δουατῆρι τῆς θῆλει, αἰὲν· μὴδὲν· ἀναίματα, ἀλάτῃς· ἔρπον· ἔτ' ῥῃ. αὐτὰρ πατὴρ τῆς τῆ πατρὸς τάλαντος ἐπὶ κακῷ παρῇ, ἔτ' ῥ' ἔρπον τῆς πλάκῃς ἡμίονος αὐτῶν· ἡ δὲ τῆς Δουατῆρος, ἡμεῖς μὲν αὐτὰς ἐπιδέξαι· οὐκ ἐν, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀλάτῃς ἐλάτῃς.* Alcyoneo filiz fuerūt giganti, Phthonia, Anthe, Methone, Alcippa, Palene, Drimo, Aſteria. Quæ poſt patris interitum ē Canaltreo, quod eſt Pelienes promontorium, ſeſe in mare præcipitarunt: Amphitrite vero has in aues vertit, & Alcyones de patris nomine appellauit. Hæc ea ſunt, quæ fabuloſè de Halcyonibus memorantur ab antiquis. Quæ dicta ſunt de auibus, tanquam de natura auium illarum ſunt intelligenda; quia ſpectant ad illarum conſuetudinem. quæ de diebus Halcyoniis, non valde ſunt admirabilia; quod per ſolſtitiolorum tempus nullæ propè ſiant aeris mutationes. Omnia enim cum ad ſummum peruenierint, languidiora ſunt, atque aliquantulum ceſſant; quod pater in ſagittis & lapidibus in altum aera coniectis, cum inde alterius motus capiant initium. Ad deprimentum igitur mortalium arrogantiam dictus eſt Ceyx in eam calamitatem incidiſſe, cum tantam felicitatem æquo animo ferre non diutius poſſet. Nam ſæpius temerarios & potentes homines ob temeritatem Deus de priſtina felicitate deiecit, prudentesque & manſuetos homines ſupra ceteros omnes extulit. Hanc igitur fabulam effinxerunt antiqui, ne nimis præſentibus opibus, aut nobilitate, aut viribus, aut forma corporis gloriaremur, cum omnia nobis data ſint à Deo bonorum omnium autore; atque vt omnes intelligerent nullam felicitatem eſſe tantam aut tam firmam, quā Deus, ſi propter peccata voluerit, non citiſſime poſſit labefactare, & funditus euertere. At nunc de Aſopo dicamus.

De Aſopo.

Cep. XvI.

AT vero Aſopus amnis, cuius filiam Aeginam Iupiter rapuit, fuit Oceanii & Tethyos filius, vt ſenſit Acufilaus, alii Neptuni & Perus, vt ait Athenienſis Apollodorus libro 3. Bibliothecæ. At Nicanor Samius in libro ſecundo de fluminibus Iouis & Clymenes filium fuiſſe dixit. Sefoſthenes autem lib. nono rerum Ibericarum Himeri & Cleodices filium fuiſſe tradidit. Pauſ. in Corinthiacis Neptuni & Cecluſæ filium fuiſſe creditum memorat. Hunc maior ſcriptorum pars patria fuiſſe Thebanum vxoremque duxiſſe Metopen Ladonia filiam allerunt, de qua Pelagantem, Iſmenumque ſuſcepit,